

Floribus et fructibus secundis s. ad alterum latus versis.  
Legumina multis articulis laevibus cet.

*Tab. 115. Potentilla .* vocas *P. nitidam*, sed certe non est, verum *Potentilla alba* mea omnino, frequens meo tempore in Hortis Belgarum culta, emittit longa sarmenta.

*Helleborus viridis* frequens apud nos (verum in Hortis facile omnibus.)

*Seseli Tuum glaucum*, contuli figuram Tuam nunc missam cum meo specimine, est certe *Seseli glaucum*.

*Ornithogalum narbonense* docet Gerard provinc. 150. non differre ab *O. pyrenaico* nisi quod minor. fidem lubenter adhiberem Gerardo in plantis patriis, qui quotidie eas tractat et ambas habet.

Dum scripseras altera vice de *Crotalaria*, evolvi plantas omnes quas accepi praeterita aestate, ab omnibus Botanicis, reperi laburnifoliam, puto hanc a Te missam, est absque stipulis, nec aliam reperi, nec reperio figuram a Te missam; nec possum hac tempestate in museo diutius haerere. Vive felix a Tuo *Linné*.

Upsal. 1774, d. 18. Februar.

t. 129. *Nepeta nuda* est, nonne *pannonica* foliis petiolatis est.

t. 171. *Eryngium campestre*.

110. *Ranunculus alpestris*.

182. *Arenaria fasciculata*.

— *Anthericum ramosum*.

164. *Scorzonera*.

139. *Pedicularis* videtur comosa, quae *Allion. t. 12. f. 7.* (rectius) aut certe *P. foliosa* *Mant.* quod vix absque colore ex figura dignosco.

152. *Selinum minime* palustre, quod vix involuero manifesto et radice praemorsa, sed *S. sylvestre* est.

171. *Carduus eriophorus*.